

August Varenius

Augustus Varenius SS. Theol. & Phil. D. Hebraicorum Professor. Universitatis Rostochiensis Rector Ad solemnes Exequias Quas ... Dn. Christiano Stevero, Phil. & Theol. Studioso industrio p.m. Filio obedientissimo & charissimo Mater moestissima parat ... Omnes omnium ordinum Cives Academicos invitat ...

Rostochii: Kilius, 1652

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn774670967>


Druck Freier  Zugang




Varenius, A.

in Chr. Stever.

Rostock 1652.





AVGVSTVS VARENIVS

SS. Theol. & Phil. D. Hebraicorum

Professor,

Universitatis Rostochiensis

RECTOR

Ad solemnes Exeqvias

Quas

Eximio & Doctissimo Juveni

DN. CHRISTIANO
STEVERO, Phil. & Theol.

Studioso industrio p. m. Filio

obedientissimo & charissimo

Mater mœstissima parat ad horam 1.

in templo Jacobeo.

Omnes omnium ordinum Cives Aca-
demicos invitat.

Conventus fiet in ead. Jacob. horâ 1.

pomerid.

☞ (* *) ☞



ROSTOCHII,

Typis NICOLAI KILLII, Academia Typogr.

ANNO M. DC. LII.

2



AVGVS ... VARRIVS

... ..

... ..

... ..

... ..

... ..

... ..

... ..

... ..

... ..

... ..

... ..

... ..

... ..

... ..


... ..

... ..

... ..

... ..





Heologorum ille *πρακτικώτατος* & *καί τρι-*
μακείας J O B U S, (de quo Apostolus : *την*
ισομονην *ιωβ* *ηκούσατε* *καί* *το* *θεός* *κυρίου* *είδατε* ,
ότι *πολύσ* *λαγχυ* *έστιν* *ο* *κύριος* *καί* *οικτιρμών*
 Jacob. c. 5. v. 11.) sive ille *Cananeus*, & *Palestinus*, uti

opinatur *Jarchi*: sive *Terachi* ex *Nachor* uti *Hieron.* *Isid.* *Rupert.* *Raban.* *Beda.*
Lyra. *Carthuf.* *Hugo* : sive *nepos Jacobi* ex *Isaschar*, quem ex *Jasub* *Biblia*
Vaticana fecerunt *Job* : sive *pronepos Esavi*, & *Rex Idumææ* uti delirant
Origen. *August.* *Chrysof.* *Ambros.* *Sedulius.* *Prosper.* *Eusebius*, nunc in medio
 relinqvimus, fugacissimam & lamentabilem humanæ vitæ brevitatem
 triplici comparatione expressurus, *Cursoris* sc. *Navis*, & *Aquila*: *Dies*, in-
 quit, *mei*, *leviores* *fuere* *veloci* *curso* : *fugerunt*, & *non* *viderunt* *bonum*
mutati, (*recesserunt*) *sicut* *naves* *concupiscentiæ* (*quæ* *moventur* *velocif*
simè) & *sicut* *aquila*, *volando* *ruens*, *super* *escam* *Job*, 9. 25. 26. Tanti sc.
 hujus vitæ felicitates æstimat, ut illarum brevitatem velociorem exprimat
 velocissimis in tribus Elementis, *Terrâ*, *aqvâ*, *aere*. Nihil in terris *Cur*-
so, *re*, *cujus* *pedibus* *timor* *addidit* *alas*, esse velocius, vel solus docebit per
Thessala *Tempe*, *Pompejus*, *Cæsaris* metu, *Spadonis* victima: & illi
 כְּלֵוִיִּים כְּרָחִים c. *Evangelistæ celeres* *Esa*. 18. 2. At his & velociore &
 leviores, imò *Vanissimos* & *levissimos* *dies vitæ* *Jobus* exprimit, quippe qui
 etiam, ubi externâ specie divitiis & jucundissimis luxuriant voluptati-
 bus, quarum diuturna, & nullis exhaurienda temporibus videri pot-
 erat constantia, sint tamen nonnisi *VANITAS* & *LEVITAS*. neq;, dum
 mortali conditione sumus, videant bonum illud perfectum ac solidum,
 in quod mens humana tendit. Nihil in *aqvâ* velocius navi, non solum
 in rapidissimo *Tigride*, vel illo *Arabia* fluvio, qui *secum suâ rapiditate*
naves, *licet* *ultra* *currentes*, *impetu* *incredibili* *rapere* *dicitur* : sed vel maxi-
 mè in mari.

ubi vela secundi

intendunt *Zephyri*, & fertur cita *gurgite* *clasis*
 spumant freta *versu* *lacertis*
 Insidunt pariter *fulcos*, totumq; dehiscit
 convulsum *remis*, *rostrisq;* *ruentibus* *æqvor*.

velubi

A 2

Nihil

Nibil in aëre aquila velocius: & hæc ipsa tum velocissima, ubi ad perniciousitatem accedente famis stimulo volat ad escam, unde velocissimos Chaldaeos in Adagiis sacris Spiritus S. comparat **וְשָׂרָה לְאִכְלִי** 1. aquile ei q. 2. festinanti 3. ad manducandum. Chab. 1. 7. Perinde nobis jam sit, siue id aquilarum genus, noster ille in cinere Philosophus intellexerit, quod vulturem vocamus, de quo Plin. l. 10. c. 9. scribit, triduo ante aut biduo volare, ubi cadavera futura sunt: cum quo facit illud Comici in Truculento:

Vide ut jam quasi vulturii, triduo

prius prædivinant, quo die esuri sunt

siue id de quo Aldrovand. l. 1. fol. 27. *Aquila ut perspicacissima est visu, ita & sagacissima odoratu. Sunt qui afferunt fide digni, quia autoritate summi, Aquilam cadavera disita fere miliaribus quingentis odore persequi: Ita ergo vite mortalis perniciousitatem sacro emblemate delineaturus Jobus & expressurus, quomodo omnis nos hora per tacitos, fallentesq; cursus fato applicet, nosq; adeo per exigua festinantis ævi momenta præmoriatur, proponit in terrâ curforem celerem: in aquâ, navem: in aere, aquilam, quæ fame stimolata, late explicatis alis, contentissimo corporis nisu, non tam volat: quàm ruit in escam, atq; hoc est quod ille in Idumæâ Theologus expressit: SICUT AQUILA VOLANS AD ESCAM velociter refugerunt dies mei. Neq; aliud ex tumulo hodie ad nos loquitur Eximius quondam & pietatis, modestie, eruditionis, & excellentium artium laudibus præstantissimus Juvenis DN. CHRISTIANUS STEVERUS Philof. ac Theol. Studiofus egregius: præterquam enim quod in ipso ætatis ac virtutis flore, ex hæc mortalitatis Scenâ, securus nunc & lætus brevioris fati, excefferit, si ex illo quæreretur, qualiter æstimaret hanc, quam mortalis vixit vitam, magnâ testaretur voce per umbras: Dies mei velociores fuerunt Curfore: fugerunt, & non viderunt bonum: pertransiverunt quasi naves incitatissime: SICUT AQUILA VOLANS AD ESCAM. Sed bene habet: Uti enim iudicio eorum, qui naturæ abdita scrutantur, Aquila non bibit aquam: sed sanguinem: nec ulla illi magis est in oculis & delitiis esca, quam COR, cum sit sanguinis sedes & receptaculum. Ita beatus noster STEVERUS, nunc quoq; illo Aquilæ cibo vescitur SANGVINE sc. JESU CHRISTI REDEMPTORIS qui etiamnum in Evangelii Aquilas invitat, dum clamat: Qui manducat carnem meam, & bibit sanguinem meum habet vitam æternam, & ego resuscitabo illum in die novissimo Joh. 6. 54. vescitur ipso Dei filio qui*

COR.

COR JHOVAH dicitur Gen. 6. 6. c. 8. 21. & ita renouatur ut AQUILÆ
juuentus ejus. Pſal. 103. 5. ſimilis Amarantho, qui ſpica eſt purpurea, & flos
immortalis, inde nomen conſecutus, quod non marceſcat, ſeu, ut Plinius
l. 21. c. 8. quod gaudeat decerpi, & lætius renaſci. Gratulamur piè defun-
 cto noſtro hanc *Amarantium*, effloſcentis ſemperq; viuæ felicitatis
 Symbolum, & eidem ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ precamur πῶν ἀμάρραντον τῆς
 δικαιοσύνης εὐφρανῶν 2. Tim. 4. 8. Paccuuium Syriæ Prætozem *Seneca*
 refert *Epist. 12.* ſingulis diebus funeſto & quaſi Parentali famulorum can-
 tu à cœnâ in cubiculum deſerri ſolitum: VIXIT, VIXIT. Nos dum
 optimi STUDIOſI & laudatiſſimi CIVIS noſtri funus effertur, non
 funeſtâ: ſed feſtâ applaudemus Melodiâ: non acclamabimus, uti *Pac-*
cuvio, famuli: VIXIT: ſed ut τὴν ἐλπίδα τῆς ἀναſτάſεως ἔχοντες
 REVIXIT. Nèq; tamen ita vixit, ut præclara & peculiaris vitæ re-
 cordatio optimo, magnæq; indolis Juveni denegari poſſit: qui enim
 mortalis à Corydonibus, & ſæce Romuli diſcretus fuit, ſupremorum
 quoq; & noviffimorum recordatione, ipſiſq; adeo exequiis peculiarem
 honorem meretur. Natus ergo eſt D^N. CHRISTIANUS STEVE-
 RUS, Anno cſo Iſc XXIII hoc ipſo, qui noviffimus illi inter mor-
 tales fuit, menſe AUGUSTO, die ſc. AUG. 5. & ejuſdem menſis
 d. 7. ſacroſancto Baptiſmi Sacramento, Eccleſiæ, & JESU CHRISTO
 CAPITI ut nobile membrum eſt inſertus. Patrem habuit ſpectatiſſi-
 mæ, ac Integerrimum Virum D^N. JOHANNEM STEVERUM
 Stachagenſ. *Veſtphalum*, peregrinationibus, miniſteriis apud Illuſtriſſi-
 mos, artibus quoq; Equitribus Clariffimum, Virum Pietate, animi
 probitate, & antiq̄a virtute ac fide præſtantiffimum, & *Civem*
apud nos, Cereviſarium: ſed & Centumvirum ac ærarij publici præſectum
laudatiſſimum p. m. quem ſuperiori anno 8. Octobr. abeuntem, ſolemni
 d. 14. Octobr. funere condidimus. Matrem reliquit, *Honeſtiſſimam, &*
quæ Matronam decorant, virtutibus ornatiffimam Tiliam Wedigen / quæ
jam intra unum annum geminò turbata funere, in his Filij unicè dile-
ctiſſimi, exequiis ſimul iterum condere ſibi videtur chariffimum Mari-
tum: indeq; jam & Marito & Filio viduara luget acerbiffimè

*Ut quoties mœſtæ ſobolem flere capellæ
 orbaq; natorum funera fleuit ovis*

*Cum lupis, aut pleno merito metuendus ovium
 jejuno raperet pabula dente leo,
 nec poterat cipiens fetum defendere mater
 & pater ad pugnas non satis aptus erat
 Ut quoties trepidæ crudeli clade parentes
 carmina flebilibus concinuere modis
 Cum raperet teneras vultur ferus ungue columbas
 tuta parens celeri vix foret ipsa fuga
 Ut, quoties aliquo nidum populante colubro
 implumes pullos abstulit atra lues
 & tristis vacuo residens philomela cubili
 impulit argutis questibus omne nemus
 & circum aurita didicerunt carmina quercus
 & visa est pariter sylva locusq; queri.*

His parentibus honestissimis natus noster CHRISTIANUS jam inde à primâ prætexta, optimis pueritiæ Regibus, est concreditus, & jam adolescens per 5. annos peculiari curæ ac moderationi Clarissimi ac Excellentissimi Viri Dn. MICHAELIS COBABI, Phil. M. & Mathem. Professoris nunc ordinarij, Collegæ nostri dilectissimi, demandatus. Cum jam Septem & decimas emensus aristas esset, unâ cum Fratrem unico, Juvene studiis & moribus decoratissimo JOHANNÉ- JOACHIMO, Lunæburgum, inde post biennium ad inclutam Academiam Juliam missus, ex quo Academicis studiis operatus fuit, id sibi negotij credidit solum dari, ut DEO placere, Parentes lætos erudito lucro afficere, & rebus rationibusq; prosperè expeditis, non sine gloria, moribus, & artibus instructus domum redire posset. Avocatus inde à parentibus hinc ROSTOCHII palæstram virtutis & morum habuit, & licet Gryphifwaldensem Academiam salutaret, patriam tamen prætulit, & proinde in hac per aliquot annos, Ecclesiasticæ ac Philosophicæ eruditionis in concionibus, ac publicis & privatis Disputationibus non pertractatè factis laudatissima specimina dedit, neq; defuit pie defuncto nostro vel occasio, vel intentio ad laudatissimi patris exemplum peregrina adeundi loca, nisi illam igneam mentem, mors charissimi genitoris, repressisset, ipsaq; pietas viduam Marito matrem, in squalore & luctu, sine præsentis solatio relinquere vetuisset. Substitit ergo optimæ matris delictum & nobile solatium: sed ecce, dum dubiam peregrinatio-

nem.


nem Matris amor præpedir DEUS ter opt. max. melius aliquid piè de-
 functo providens, illum per catholicam Mortis peregrinationem in
 veram patriam, in illam SS. Trinitatis, Angelorum, Patriarcharum, pro-
 phetarum, Evangelistarum, Apostolorum, omniumq; Sanctorum avocavit
 Ecclesiam, ubi in arte Musicà, in quã dum noster fuit ad stuporem excel-
 luit, jam ipse cum totã plenitudine cœlestis exercitus, sublimem illam, & An-
 gelicam intonat Musicam: GLORIA IN EXCELSIS DEO, &
 SANCTUS SANCTUS, SANCTUS, DOMINUS DEUS
 ZEBAOOTH: ABSORPTA EST MORS IN VICTORIAM
 DEO SIT GLORIA QUID DEDIT NOBIS VICTORIAM
 PER DOMINUM NOSTRUM JESUM CHRISTUM.
 Morbum quod attinet, *Febris fuit tertiana*, quæ 7. Aug. vividum corpus
 lecto affixit, & paulo post in continuam degeneravit, eamq; ardentissi-
 mam, & quæ humidum radicale, omnesq; vires corporis magnã vi
 absumsit. Quid interea noster CHRISTIANUS? nisi quod decuit
 CHRISTIANUM! sensit cortinam vitæ claudendam, & per potentio-
 rem febrium flammam depasci mortale animalis calidum: igitur
 id operam dedit, ut cortina benè clauderetur. UNIONEM cum
 CHRISTO certissimum scivit immortalitatis & beatitudinis esse
 firmamentum: ut ergo anima jamjam à corpore separanda, non sepa-
 raretur à JESU CHRISTO, *λειτουργία* DN. M. ENOCHI
 SVANTENII, Ecclesiastæ Jacobæi fidelissimi, roboravit illam cœ-
 lesti cibo CORPORE & SANGVINE JESU CHRISTI d. 14.
 Augusti, & hoc Sanctissimo firmatus epulo, post multa incredibilis pa-
 tientia, solatij, ac fidei exempla, quæ & Fratri, & Matri maxime largissi-
 mas extruserunt lacrymas, dum passim inonuit illud Davidis: *Die
 Angst meines Herken ist groß / führe mich aus meinen Nöthen* / verè
 exauditus, & ex omnibus angustiis liberatus, ad illius quæ novissimè
 in corde, ac ore morientis fuit, Gloriæ cœlestis possessione est sublatus,
 illo ipso die 14. jam ferè exacto, horã sc. inter 11. & 12. nocturnam. Ita
 ergo sanctissimè & beatissimè solutus, hic civis & confrater noster, nunc
Σεραμβούδ in PARADISO, & quem baptizatus induit, JESU
 CHRISTI regno. Jubilat in Angelorum & Sanctissimarum Anima-
 rum societate, Sancta defuncti anima, unã cum illis quos jam ante avo-
 savit illa mortis necessitas. *Quin* dum à charissimæ Matris amplexi-
 bus divellitur, non Patri solum (quem jam supra diximus) redditur: sed


& 470

& Avo paterno, patri cognomini Civi Stathagæ in Westphal. præcipuo:
 Avia paternæ: ANNÆ Krumwieden/ fœminæ olim honestissimæ: proavo
 paterno uni TILEMANNO Stöver/ Senatoriâ apud STATHA-
 GENSES dignitate claro: alteri JOHANNI Krumwiede/ comitis
 Schaumb. primicerio charissimo: proaviæ paternæ, uni CATHARINÆ
 Groten/ fœminæ ornatissimæ: alteri ANNÆ Bringmans/ p. m.
 Avo materno JOACHIMO Wedgens/ Senatorio ordine amplissimo
 quondam Viro: Proavo materno HERMANNO Nettelblats/ Se-
 natori pariter, dum viveret, Rost. incluto, cujus filiam WENDULAM
 Nettelblats/ Aviam maternam piè defunctus appellavit: nec minus
 Reverendo admodum, & Excellentissimo quondam Viro DN. CHRISTIA-
 NO SLEDANO, SS. Theol. D. celeberrimo, Eccles. Cathedr. Slesvicens.
 per XXXIII. annos Pastori primario, qui laudatissimam Matronam MAR-
 GARETAM Nettelblades/ Matert. p. d. Magnam per 40. annos con-
 jugem honoravit, & jus Civitatis Academiæ nostræ, in quâ SS. Theol.
 Professor, ante quàm Slesvicum venerat, meruit, nonnisi cum novissi-
 mo spiritu deposuit, eidemq; argenteum monumentum reliquit.

Habetis, honoratissimi Cives quæ honor novissimus exprimere po-
 tuit. Quod superest, ut exequias optimi, & laudatissimi Juvenis
 Civis ac Commilitonis nostri frequentes eatis, omnes ac singulos, maximè
 autem DN. STUDIO SOS monemus. Magnum id erit mœstissimæ
 Matri: magnum DN. JOHANNI-JOACHIMO Studiofo virtutum ac
 eruditionis laudib; prætantissimo, fratri tristissimo, qui unus nunc Matri
 pariter ac familiæ superest, & (precamur) superet! columen, ac solatiû. Dû
 effertur suoq; requietorio funus conditur meditamini illud Cypriani de
 laude Martyrij. *Qui resurrectionis præmia sustinemus: qui judicij diem quæri-
 mus, qui deniq; cum Christo regnaturas nos esse confidimus, secula mortui esse de-
 bebemus. Nec poteris optare martyrium: nisi antea oderis seculum: nec perve-
 nire ad Dei præmium, nisi amaveris Christum. Nemo salute poterit frui aternâ,
 qui mundi gloriatur vitâ. Igitur, HOC AGITE & dum nova februum,
 zervis incubuit cohors, Valet. P.P. Rostochij die 18. Augustil*

Anno 1652. sub sigillo Rectoratus,







COR JHOVAH dicitur Gen. 6. 6. c. 8. 21. & *ita venosus*
juventus ejus. Pſal. 103. 5. *ſimilis Amarantho,* qui ſpica eſt p
immortalis, inde nomen conſecutus, *quod non marceſca*
l. 21. c. 8. *quod gaudeat decerpi,* & *lætius renaſci.* Gratu
cto noſtro hanc *Amaranthum,* effloſcentis ſemperq
Symbolum, & eidem *εν εκείνη τῇ ἡμέρᾳ* precamur π
δικαιοσύνης σέφρων 2. Tim. 4. 8. Paccuvium Syriæ Pra
refert *Epist. 12.* ſingulis diebus funeſto & quaſi Parentali
tu à cœnâ in cubiculum deferri ſolitum: VIXIT, VI
optimi STUDIOSI & laudatiſſimi CIVIS noſtri fun
funeſtà: ſed feſtà applaudemus Melodiâ: non acclama
ſuvio, famuli: VIXIT: ſed ut *την ἐλπίδα τῆς ἀνε*
REVIXIT. Neq; tamen ita vixit, ut præclara & pe
cordatio optimo, magnæq; indolis Juveni denegari p
mortalis à Corydonibus, & fæce Romuli diſcretus fuit
quoq; & noviffimorum recordatione, ipſiſq; adeo ex
honorem meretur. Natus ergo eſt D. N. CHRISTIA
RUS, Anno clō Ioc XXIII hoc ipſo, qui noviffim
tales fuit, menſe AUGUSTO, die ſc. AUG. 5. &
d. 7. ſacroſancto Baptiſmi Sacramento, Eccleſiæ, & J
CAPITI ut nobile membrum eſt inſertus. Patrem h
mam, ac Integerrimum Virum D. N. JOHANNES
Stathagenſ. *Vveſſiphalum,* peregrinationibus, miniſteri
mos, artibus quoq; Equeltribus Clariffimum, Virum
probitate, & antiq; virtute ac fide præſtantiſſim
apud nos, Cereviſiarium: ſed & Centumvirum ac erarii p
laudatiſſimum p. m. quem ſuperiori anno 8. Octobr. ab
d. 14. Octobr. funere condidimus. Matrem reliquit, *E*
que Matronam decorant, virtutibus ornatiffimam Tiffam
jam intra unum annum geminò turbara funere, in hi
ctiffimi, exequiis ſimul iterum condere ſibi videtur ch
rum: indeq; jam & *Marito & Filio* viduata luget acerbiff

*Ut quoties mæſtra ſobolem flere capellæ
orbæq; natorum funera flevit ovæ*

A 3

